Hos conduxit Iesus Christus, quem necabat Africa,
Et construxit omnes ventos[a] preter solum Iapiga,
Cherubin emittit illum, cum aperit hostia,
Qui custodit paradisum dis creta custodia.

[a] ventus cod

Pervenerunt navigando quandam maris insulam,
Quam Pantaleream dicunt cum arce fortissimam.
Huius incole palumbos emittunt cum litteris,
Qui renuntient Timino de viris fortissimis.

Hic est castrum exnat~~um~~ura et arte mirabile,
~~Millium~~ Nulli um quam in hoc mundo castrum comparabile.
Duo milia virorum hoc tenebant oppidum,
Qui nec Deum verebantur, nec virtutem hominum.

Accesserunt huc e contra mirandi artifices,
Et de lignis nimis altis facti sunt turrifices.
Destruxerunt, occiderunt, sicut Deus voluit,
Et fecerunt, quod a mundo nunquam credi potuit.

Sex ut puto soli viri, qui exisse viserant,
Alios mandant palumbos, qui factum edisserant.
Quo audito rex Timinus desperat de vi~~r~~ibus,
Et hoc factum perturbatus tractat cum principibus.

Inter hec regalis stolus discedit et navigat,
Et iam videt illas urbes, quas Timinus habitat.
Mare, terra, muri, pleni paganis teterrimis,
Quos conduxerat superbus ab extremis terminis.

20 Hic incepit adulando demulcere populum
Et captivos promittendo protrahebat otium;
Sed hoc sprevit Benedictus ~~Benedictus~~ astutus Dei nutu
~~Dei nutu~~ Illuminatu luce sancti spiritus.

Vo minutus y supremis, vel benigni